Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31499
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

nisi qui legittime certauerit. A. Sicut audio patres nros pterite
pugne fecerunt gloriosos nobis vero diuina benignitas pntem reserua-
uit vere impletur sermo ewangelicus Necesse est vt veniant scandala
Ve autem homini illi per quem scandalum venit Vnde ex quo pugna ista est
nobis reseruata/ rogo te vt referas rem gestam

Actio. Anno domini M cccc xxi° auctoritate Martini pape v^ti/ pcellis
pro cruce signatis ad extirpandum wickefistas et hussistas here-
ticos publicantur Principes et oratores ciuitatum ex edicto Sigismundi
Romanorum augusti ac vngarie et Bohemie Regis Nurnberge congregantur/
Et quia ad hanc congregacionem Rex personaliter non venit fiunt alie diete/ ad
quarum primam/ que fiut in opido wesalia Treuerensis dioc/ venit Branda
aplice sedis legatus. Fiunt etiam post hoc successiue alie due diete.
causa negocii huiusmodi in partibus Reni/ Ad quarum vltimam venit dominus
Georius Epus patauiensis felicis recordacionis. ferens litteras ex parte
Sigismundi Regis. quibus Electoribus principibusque de voluntate sua
dabat plenam auctoritatem vt ipsi modis omnibus quibus melius possent. expe-
dicionem contra hereticos in Bohemiam ad debitum perduceret finem/ Con-
fortati igitur principes et Comunitates ciuitatum Imperialium circa festum
sancti bartholomei auctoritate papali et Regali expedicionem in bohemiam
faciunt et Ciuitas Sagensis obsidetur/ A. Proch dedecus illius
expedicionis. Nam exercitus ille magnus qui centum viginti quinque milium
virorum putabatur/ dum menbra singula eo quod Capitaneum non haberet